

Band IV., Nr. 1142, Seite 206-207

Graf Otto von Eberstein bestätigt und erneuert in seinem 80. Lebensjahre dem Kloster Herrenalb verschiedene von seinen Vorfahren und deren Ministerialen dem Kloster bewilligte Schenkungen und Begünstigungen, namentlich an den Orten Malsch, Eichelbach und Hard.

Ohne Ortsangabe, 1250.

Nos Otto, comes de Eberstein, per presens scriptum notum fieri volumus universis dilucide profitentes, quod vidimus et legi fecimus privilegia monachorum de Alba, Cysterciensis ordinis, Spirensis dyocesis, super collatione bonorum tam in Mals quam in Eichelbach et alibi, a ministerialibus progenitorum nostrorum pie ipsis facta, cum omni iure, libertate et utilitate, secundum quod ipsi eadem bona possederunt libere et quiete, qui et ea dicto cenobio vendiderunt ac eciam pro animarum suarum remedio contulerunt per nianum et consensum dictorum progenitorum nostrorum, cum eadem bona tenerent in feodo ab eisdem. Item vidimus privilegium progenitorum nostrorum super fundacione grangiarum seu curiarum super Hart sitarum et super collatione prediorum facta tam per eosdem progenitores quam per quosdam ministeriales eorum tunc temporis per manum ipsorum, qui ministeriales partem ipsorum prediorum ab eis in feodo possidebant, a quibus eciam dictum cenobium partem bonorum sua pecunia comparavit et partem pro animarum suarum salute per oblationem recepit. Has quidem curias prefati progenitores nostri constituerunt et fecerunt esse et immunes et liberas ab omnibus angariis, perangariis, talliis, exactionibus, herbergiis et omni prorsus coacta et indebita servitute, preter hoc solum, quod villis circa iacentibus, quarum utuntur silvis, pascuis et aquis, debent tauros et hircos, arietes et apros tempore admixture, si tamen hoc humiliter petierint, commodare; que quidem animalia reddi debent viva, sana, illesa et integra, cum a magistris ipsarum curiarum fuerint requisita. Et occasione accom[m]odationis huiusmodi dicte curie habere debent cum predictis villis, quibus hec accom[m]odant vel in quorum parrochiis site sunt vel etiam decimas tribuunt, tam in almeinda, quam pratis, pascuis, silvis, aquis et aliis iuribus plenariam porcionem. Et licet aliquociens mota fuerit questio super istis, tamen sic compositum et sopitum est, quod prefate curie deberent in sua libertate et iusticia permanere. Nos igitur dictorum progenitorum nostrorum vestigiis inherere volentes factum eorum usque ad nos, qui iam octogenarius dicimur, sic deventum ratum et gratum dignum ducimus, ut est iustum, et observandum id heredibus nostris utriusque sexus mandamus et committimus confidenter. Et in testimonium premissorum presentem litteram nostro sigillo fideliter roboramus.

II

Datum anno domini M^o. CC^o. L^o.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

An weißer Leinenschnur hängt das schildförmige Siegel des Ausstellers aus rotem Wachs mit der ebersteinischen Rose und der Umschrift: + *Sigillum* . . TONIS . COMITIS . DE . EBERSTEIN (E und T gerundet).

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 489 K U 316

Überlieferung und Textkritik:

1999 abgegeben vom GLA Karlsruhe. Kopie des 15. Jh.: HStA Stuttgart

A 489 K U 317.

Editionen:

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F.

1=40 (1886) - [...] 1 (1850), S. 125.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Aussteller:

Otto; Graf von Eberstein

Ortsindex:

Bad Herrenalb Wohnplatz (6828)

Bad Herrenalb, CW

Eichelbach Wüstung (25920)

Eichelbach, Muggensturm, RA, W

Harthof, Malsch, HD, W

Malsch Wohnplatz (5383)

Malsch, KA

Ruine Ebersteinburg (Alteberstein) Wohnplatz (5202)

Ruine Ebersteinburg (Alteberstein), Baden-Baden, BAD

Speyer, SP